

mine ab Apostolo Jobanne significatur? Rsp. Significari non visibilem mundi machinam, quam effugere non possumus 1. Corinth. V. sed corruptum mundi, id est hominum in mundo habitantium statum, scelera & vitia à perverfis hominibus perpetrata, in specie autem significari voluptates carnis, ut pote divitias, honores &c. quæ impietate ut plurimum parantur, & in abusum ab hominibus trabuntur; ut explicat ipse Joh. vers. seq. 16. Hic notanda est regula Chrysofomi: *Separemus nos à mundo, non corpore; sed animò, non loco, sed actu, nam in mundo non est, qui mundo non utitur, quamvis sit in mundo.* Et hætenus ille quam verissime: Nec minus eleganter *Sebast. S. b. m. d. i. u. s.* in Paraphrasi sua ad hunc locum pag. 771. & 772. *Der wegen — habt alle-samt schlechter Dings nicht lieb die Welt / die sündliche Verderbniß unser Natur / die Erbünde / welche zu allen Menschen ist durchgedrungen / durch den / in welchem sie alle gesündigt haben / so fern sie in einem jeden unter uns Gläubigen ist; noch was in der Welt ist / es sey Laster oder böse Bewegungen / oder böse Thaten / so daher entstehen: Liebt sie nicht auff einige Weise / und habt keine Ergöhung daran / sondern hasset und strebet wieder sie / damit ihr nicht von ihr überwunden werdet / sondern sie tapffer überwindet / und dasjenige thut / was Gott gefällt. &c.*

§. 6. Argumentatur denique adversa pars hoc modo: Si Deus toto corde, toto animo & totis viribus est amandus, sequitur quod nulla amoris particula concedi possit in res mundanas. &c. Rsp. (1) Per instantiam: Sic & proximus non erit amandus, quod tamen expressè mandatur Matth. XXII. (2) Distingvendum est inter amorem, qui soli DEO est tribuendus, qui ipse amor ex omnibus animi viribus exquisitissimus omnino esse debet, & inter amorem qui exhibetur creaturis aliisque rebus, modo longè inferiori. Eph. V. 28 29. Sentit nobiscum *Augustinus* Lib. 1. de doctrina Christiana cap. 23. quando ita loquitur: *Quatuor sunt diligenda;*